

Beilage B.

Wahl, Einzug,
und
böhmische Krönung
K. Ferdinand des Ersten.

Aus einer Handschrift des böhmischen Museums,
mit Anmerkungen begleitet von J. D.

(Nebst drey Beilagen.)

Die Wahl des Königs.

Anno Domini 1526. die 22. Octobris indictum est jejunium in tota Pragensi civitate ad placandum Deum, ut eis dignaretur suggerere, quisnam Ducum aut procerum digne huic a) succederet, quumquidem mortuo Ludovico regnum hereditibus existebat penitus orbatum b). Eo die dissi-

a) huic, d. i. Ludovico, dessen Schicksale in der Handschrift erzählt werden, welche nebst Auszügen aus Cosmas, seinen Fortsetzern und Franciscus, noch die Aufschriften der Abbildungen der böhmischen Herzoge und Könige, von Přemysl bis Wladislaw, Ludwigs Vater, mit denen die Burg vor dem Brande vom J. 1541 geziert war, enthält. Ludwig fiel in der Schlacht bei Mohacz in Ungern am 29. Aug. 1526.

b) Ludwig hinterließ zwar keinen Sohn, aber seine Schwester Anna, Wladislaws Tochter, geboren zu

dentibus baronibus, militaribus ac civitatum consulis inter se, visum est nonnullis 18 seorsum eligere debere, nempe sex ex baronibus, sex ex militaribus, sex ex civitatum consulis c); qui omnium voluntate concessa, eum qui regno praeesse sufficienti regimine, non amicitiam, non divitiarum opulentiam attendentes, posset. Electorum vero nomina haec subsequuntur: ex baronibus: Dominus Zdenko Leo, supremus vicecomes Pragensis; Dominus Jaroslaus de Schellenbergk, supremus regni camerarius; Dominus Zdislaus de Lippa, iudex regni praecipuus; Dominus Adam de Nova Domo, regni cancellarius; Johannes de Barthenbergk d); Dominus Joannes Pfluck e). E militaribus: Raczslaus Berzkowsky de Ssebirzow, regni notarius eminentior; Ooppel Ficzum de Novo Schunburgk; Henricus Illožiek de Žiampach f); Litoborzsky; Joannes Trczka de Lipi et in Lipnice; Wilhelmus de

Ofen am 23. Jun. 1503, seit 1515 dem Erzherzog von Oesterreich Ferdinand verlobt, seit 1521 mit ihm vermählt, war doch natürliche Erbin des Königreichs Böhmen.

- c) Nicht sechs, sondern acht Personen waren aus jedem der drey Stände dazu ernannt. Aller 24 Namen sind in Hagels Chronik verzeichnet.
- d) Ließ Wartenberg von Eiche (na Dubu.)
- e) Pflug von Rabstein. Aus dem Herrenstande gehen hier ab: Christoph von Schwamberg, und Wilhelm Schwihowsky von Risenberg, Burggraf zu Karlsstein.
- f) Anstatt Heinrich Hložek, nennt Hagek richtiger den Leonard Markwart von Hradek.

Wrzessowicz et in Dubrawska Hora g). Ex civitatum consulibus : Magister Joannes Passka, Zigismundus dictus Zika, Pragenses; Duchek, dictus Dominaczek de Parva Parte h), Henricus Baccalarius de Montibus Cuthnae; Magister de Ziatcze i); Purkrabeck de Plzna k). Hi memorati altero die, qui est 23. Octobris, audita misarum solennitate in sacellum Sancti Wenceslai Arcis Pragensis ierunt. Ubi post praestitum solemne juramentum in conclave dicti sacelli per integrum fere diem in eligendo regem remorati sunt. Appropinquante paene completorii hora, unisona omnium vox et sors Ferdinandum Hispaniarum Infantem ac Austriae Archiducem tetigerat. Quibus egredientibus regem se habere asseverabant, at ejusdem nominis intimationem usque diem sequentem, quae est 24. Octobris distulerant l).

g) Anstatt dieses Wilhelm, nennt Hagek den Jaroslav Brozansky von Wřesowic, und dann noch zwey, die hier aus dem Ritterstande fehlen, nemlich Wenzel Amcha von Borownice, und Johann Boreň von Lhota.

h) Beim Hagek heißen diese drey: Johann Passel von Brat, Sigmund Wanicek, Duchek Přestický. Und anstatt des folgenden Heinrich nennt er den Samuel Lawicka von Kuttenberg.

i) Der Mag. von Saž hieß Niklas Černobeyl.

k) Wenzel von Kauřim und Niklas Stanar von Tabor aus dem Bürgerstande, gehen hier ab.

l) Lupač beim 24. October gibt sogar die Stunde der öffentlichen Kundmachung an: A. D. 1526 (ms. quidam habent hunc diem: Hagecus 27) a lamentabili luctuosoque Ludovici Regis occasu

Der Einzug.

Anno a reconciliata divinitate 27 ultra sequimillesimum, 5. Kal. Februarii, Serenissimus Ferdinandus Bohemiae Ungariaeque Rex electus, anno suae aetatis 23. m) praestitit juramentum proceribus Regni in finibus Bohemiae n). Deinde

die 57. Ferdinandus Archidux Austriae, Infans Hispaniarum, Caroli quinti Imperatoris, Hispaniae Regis, germanus, electus trium ordinum suffragiis regni Boemiae, declaratur et promulgatur publice in arce Pragensi rex Boemiae, horam circiter diei 19 (vom Sonnenuntergang gerechnet, nach unsrer Uhr gegen 12 Uhr). Hac declaratione publicata Status regni conferunt sese in aedem D. Viti, Deoque agunt gratias, hymno Ambrosiano decantato, supplicationes quoque et preces fiunt; adhaec publica excitatur per Pragam laetitia et congratulatio campanarum bombardarumque sonitu. Hagek hat nicht den 27ten, sondern die Mittwoch vor Simonis und Judä angegeben. Da nun dieß Fest im J. 1526 auf einen Sonntag fiel, so müssen vier Tage von 28 abgezogen werden. Nur wenn Simon und Judas auf einen Donnerstag fällt, ist die Mittwoch der 27ste.

m) Am Rande steht 25. Allein da Ferdinand im J. 1503 am 10. März zu Medina in Spanien geboren ward, so hatte er am 30. Jänner allerdings 23 Jahre, 10 Monate und 20 Tage zurückgelegt.

n) Nächst Iglau bei der steinernen Igelbrücke, an welcher Stelle der Iglauer Magistrat nach K. Ferdinands Tode ein Monument, das noch neben der Landstraße steht und Königstein genannt wird, errichten ließ. Auf der marmornen Tafel unter dem kais. Adler ist folgende Inschrift zu lesen: In perpetuam rei memoriam. Ferdinandus primus Romanorum Imperator Augustus, Hungariae, Bohemiae etc. Rex, Infans

cum ingentibus copiis equestribus o) 5. Februarii die intravit celeberrimam ac populosissimam civitatem Pragensem cum conjuge sua Anna, filia regis Wladislai Bohemiae et Hungariae. Ubi inter alia spectacula p) post 24 horam in Raczin a praelatis totius regni cum eleganti atque concinna oratiuncula, quam praepositus ecclesiae Pragensis, Dominus Ernestus Sleynicz prouuntiaverat, susceptus est. Qua finita cum vocalissimo jubilo atque laetitiae cantu: *Advenisti desiderabilis* &c. et responsorio: *Castus mente*, in sacellum Divi Wenceslai ductus, regina comitante. Ubi ante corporis Christi mysterium, flexis poplitibus, simul orarunt. Tunc inchoatum est dominorum episcoporum solenne canticum *Té*

Hispaniarum, Archidux Austriae et Marchio Moraviae etc. in regem Bohemiae designatus dictae Bohemiae regno hoc in loco juramentum praestitit mensis Januarii die XXX. Anno salutis M.D.XXVII. Obdormivit in Domino pater patriae Viennae Pannoniae XXV. die mensis Julii anno Domini M.D.LXIII. regnorum ejus romani XXXIII. et aliorum XXXVIII. aetatis suae LXI. cujus anima in Deo in sempiternum vivat.

Senatus populusque Iglaviensis posuit.

- o) Das Hofgesinde hatte 3381 Pferde. s. Zug und Einreiten Seiner königl. Majestät auf die Krönung gen Prag. 1527. 4. 2. Bogen.
- p) Die Zünfte zogen mit ihren Fahnen vor die Stadt bis Maleschitz. In *Wunders nützlicher Sammlung* (Frankf. u. Leipz. 1735) steht ein umständlicher Bericht über diesen Einzug von Johann Voersfeld, der mit seinem Haufen bis zu einem Schloß (Maleschitz), wo der König das Frühmahl genommen, hinausritt. (s. die Beilage b.)

Deum Laudamus; quod hydraulis et cantores cum suis familiaribus alternatim ad calcem usque prosecuti sunt. Sub quo cantu Rex ducebatur e sacello ad summum altare, reginam a sinistris ducens, comitante nobilium puellarum turba. Et cum ventum est ad latus summi altaris juxta tumbam divi Viti, in una sede sub hymno et rex et regina geniculabantur. Quo finito additus est versiculus *Domine salvum fac regem*, cum oratione pro rege per spectabilem Dominum Wenceslaum Picetinum, tunc temporis decanum; praesentibus ibidem dominis Capitularibus, et regni Bohemiae proceribus; nec non legatis Clementis 7. pontificis maximi, regis Angliae, atque reverendissimo patre, D. Bernhardo episcopo Tridentino in comitatu Tyrolensi q) pluribusque aliis et ferme innumeris generosis viris ex Hispania, Flandria, Burgundia, Brabantia, &c.

q) In der kais. Hofbibliothek ist eine Copie der alten böhmischen Krönungsordnung auf 7 Papierblättern dem Cod. hist. prof. 746 beigegeben. Sie ist aus einem Codex der Trienter Bibliothek abgeschrieben, den Bischof Bernard zu Prag fertigen ließ: *descriptum ex codice membranaceo in 4. LXXXVIII. bibliothecae Tridentinae, in cuius prima pagina haec adnotavit Bernardus Clesius, S. R. E. Cardinalis, Episcopus et Princeps Tridentinus: „Istum librum ex alio antiquo fecimus transscribi, dum Pragae essemus cum serenissimo Ferdinando Hungariae et Bohemiae Rege, ibi essemus et unus ex coadjutoribus coronationis suae Regiae Majestatis, quae fuit 24 Febr. 1527, sed pro majori parte in coronatione observavimus rubri-*

Qua peracta itum est ex ecclesia divi Viti per palatium ad coenam; qua consumta data sunt membra quieti.

Die Krönung des Königs.

Post hoc 24. Februarii die, allata est cum ingenti pompa corona Bohemiae ex Carolisaxo, arce munitissima, in arcem Pragensem multo pluris munitam atque turritam. Et die sequenti r) processio facta est de ecclesia Pragensi Metropolitana ad Aulam regiam. In qua processione fuerunt 3 episcopi parati, ut pontificale praescribit; processit capitulum venerabile ecclesiae Pragensis, praelati, canonici; post hos ordo ab-

cas Pontificalis Romani, et altera die quoque coronavimus Annam conthoralem praelibati Regis, et quae fuit filia olim Regis Ladislai (soll heißen Wladislai) et soror Ludovici Hungariae etc: Regis, qui de anno 1526 contra Turcas obiit die antepenultima Augusti.“

r) Das wäre der 25ste. Allein da die Krönung Sonntag am Feste Mathiä vollzogen ward, so muß die Krone von Karlstein den Tag bevor, d. i. am 23sten nach Prag gebracht worden seyn. Johann Valbins Chronostichon gibt Jahr und Tag zugleich an:

Sena LVCe qVater febrVa sPLenDente reVeCta,
FernanDVs Pragae regla sCeptra CapIt.

Lupač gibt aus Dessenky's Ephemeriden sogar die Stunde und Minute an: hora XVII. post ortum solis, minuto 40. Anstatt ortum, soll es wohl occasum heißen. 17 Stunden, von Sonnenuntergang gerechnet, geben nach unsrer Uhr die 10te Stunde. Nach einem gleichzeitigen deutschen Bericht über diese Krönung (in Buders nützl. Samml.) begann der Zug in die Kirche ungefähr des Morgens „zu sieben Horen.“ (s. Beilage c.)

batum, qui sunt in regno Bohemiae, quilibet suo in paratu; tandem vicarii et alii beneficiarii illius ecclesiae; tandem chorus scoliarum; vexilla praeferebantur et candelae in argenteis candelabris ante coronatorem episcopum Olomucensem, qui a dextris habuit episcopum Wratislaviensem, a sinistris D. Tridentinum. Ministrabant ad evangelium decanus, ad epistolam scholasticus, infulati praelati ecclesiae Pragensis. Episcoporum quilibet tres ministros habuit: unum pro infula, 2m. pro baculo, 3m. pro pontificali; alii omnes praelati habebant per unum ministrum. Ubi ventum est ad thalamum regium, egressa fuit regia Maj. et statim praemissa reverentia fuit thurificata et aspersa aqua benedicta s). Tunc episcopi processerunt suo ordine: in medio fuit coronator; eos praecesserunt ministri cum curvaturis; illos praecesserunt domini barones regni et unus de ordine nobilium, portantes Dominus Leo, supremus vicecomes Pragensis cum D. Johanne de Rosis coronam regni, marscalcus

s) Nach Karls IV. Krönungsordnung, wovon ich eine Abschrift vor mir habe, soll der König den Tag vor der Krönung auf den Wischehrad, von da in die Schloßkirche geführt werden: Primo Archiepiscopus pragensis cum Praelatis, Principibus, et Baronibus associabunt principem in regem coronandum in Wissegradum, et ibi orantes redeunt cum eo ad ecclesiam metropolitanam vespas audiri etc. Dann ward er in das Gemach geführt, wo das königl. Ruhebett stand, und früh von dem Erzbischofe aus dem Bette gehoben: incensatum incenso et aspersum aqua benedicta, levat Archiepiscopus per manum ad surgendum.

Moraviae in sinistro, sceptrum supremus camerarius regni, pomum supremus cancellarius regni, ense D. Opell Ficzum ex ordine nobilium 1). Illos ista deferentes praecesserunt multi barones, nobiles, senatus Pragensis et nuntii ex civitatibus; quos praecessit praedictus ordo capituli ecclesiae Pragensis, abbatum, sacerdotum et scholarium. In ea processione fuerunt, quos vulgo vocant heraldi, et multa turba tibicinum. Majestatem regiam comitabantur Oratores, nuntius Apostolicus, regis Angliae; inter quos unus episcopus Hungarus, et alii plures oratores, principes, marchiones duo fuerunt, Casimirus et frater ejus Georgius, comites plurimi, et turba plurima baronum et nobilium. Cum venissent in ecclesiam ante altare summum, qui locus ornatus fuit, primum pavementum et gradus facti, ex quibus spectarent commodius, cooperti erant panno rubeo, sedilia in lateribus chori obtecla erant auleis pretiosis, altare praeparatum meliori modo quo fieri potuit, habens reliquias et capita sanctorum patronorum Bohemiae; ante al-



-
- 1) Den Zug in die Kirche betreffend, verfügte Karl, wie folgt: Inter Archiepiscopum et Principem de thalamo exeuntes ordinate procedant principes et barones insignia regalia, videlicet coronam, sceptrum, pomum, gladium et cetera deferentes, quos Camerarius regni Bohemiae, bacello eis viam parans, praecedet. — Processio autem erit a thalamo jam dicto per salam regiam, exeundo per portam, quae respicit S. Georgium, et in eorum transitu magna campana sonetur etc.

tare praeparata fuit sedes coronatori episcopo; e regione sedis coronatoris in distantia 5 passuum paratum fuit suggestum pro regia Majestate, coopertum veluto auro intexto; a dextris illius suggesti regii fuit sedes episcopi Wratislaviensis, contexta tapetia una; a sinistris similis sedes episcopi Tridentini eodem modo contexta. Illuc itaque cum Maj. Regia cum eo comitatu venisset, collocata fuit per episcopos in suggestum suum. Tunc Majestas R. induta fuit veste ducali rubea pretiosa, subducta pellibus albis murium scythicorum, quas Bohemi vocant bielizni; habuit Maj. R. armillas ducales ex more Archiducum Austriae; in capite habuit coronam archiducalem. Ubi itaque collocarunt se, consederunt in sellis suis omnes episcopi nominati et ceteri praelati; oratoribus enim praedictis, ducibusque et comitibus loca convenientia assignata erant. Intermissa competenti morula surrexerunt episcopi duo, Wratislaviensis et Tridentinus, coronatore permanente in sua sede. Facta reverentia coronando regi, eum levaverunt de sua sede, et duxerunt ante sedem coronatoris. Ubi Maj. R. deposita per episcopos mitra ducali, reverentiam fecit domino coronatori. Et dominus Wratislaviensis mitra episcopali deposita, haec verba ad coronatorem locutus est: Reverende Pater! postulat sancta mater ecclesia, ut praesentem egregium militem ad dignitatem Regiam sublevetis. Tuuc respondit coronator: Scitis illum esse dignum et utilem ad hanc dignitatem? Ille respondit: Et novimus et credimus eum esse dignum

et utilem ecclesiae Dei et ad regimen hujus regni. Respondit coronator: Deo gratias. Tunc supremus Burgravius interrogavit status regni, an optarent, ut coronaretur legitime per eos electus rex corona regni Bohemiae? Et hoc tribus vicibus, qui acclamaverunt magna voce: optamus u); quo facto tibicines fecerunt suum officium. Tandem per duos praelatos Doctor Hieronymus ductus ad suggestum decenter pro eo factum; quo consenso pulpitu, curiosissime eruditissimeque peroravit x). Finita oratione coronator diligenter regem coronandum instruxit per verba: Cum honore per manus nostras, &c. Quo finito episcopi surgentes, praemissa reverentia Majestati regiae, cum ad coronatorem adduxerunt. Qui mitra ducali deposita, reverentia praemissa, ante coronatorem genuflexit, manus ejus osculatus est, et fecit hanc professionem: Ego Ferdinandus &c. Tunc Domini Bohemi obtulerunt ei aliud juramentum, quod sua Maj. etiam praestitit. In fine autem cujuslibet juramenti ambabus manibus tetigit librum evangeliorum, dicens: Sic me Deus adjuvet et sancta Dei evangelia. His expeditis illo genuflexo manente, coronator

§)(

u) Nach Karls Verfügung soll der Metropolit das Volk anreden und fragen, ob sie dem Fürsten sich unterwerfen und ihm gehorchen wollen. Hierauf ward geantwortet: rádi, rádi, rádi, d. i. gern, gern, gern.

x) Die Predigt belangend, verfügte Karl: fiet sermo ad clerum et alter ad populum sub eodem tempore breviter. Und erst nach der Predigt geschah die Frage (unter u) an das Volk.

deposita mitra surrexit et stetit versus ipsum coronandum, dixit voce competenti sequentem orationem, quam dixerunt omnes pontifices, parati similiter stantes; dixerunt etiam omnia alia, benedictionem, consecrationem cernentia voce submissa, coronatorem tamen in omnibus observantes et imitantes. Tandem dicebatur oratio: Omnipotens sempiternae Deus. Post haec metropolitanus cum mitra procumbebat supra faldesterium; rex vero ad ejus sinistram in terram se prostravit; aliis praelatis paratis ante sedilia similiter procumbentibus. Tunc cantabantur letaniae, choro respondente, prout in ordinatione subdiaconi ponitur. Cum cantatum fuerat: Ut obsequium servitutis nostrae tibi rationabile facias, te rogamus, audi nos: Coronator se erigens et accepto baculo pastoralis in sinistram manum, super electum regem prostratum, dixit: Ut hunc electum in regem coronandum benedicere digneris; secundo dixit coronator: ut hunc electum in regem coronandum benedicere digneris et consecrare; R.: te rogamus, audi nos. Quibus dictis metropolitanus rediit ad accubitus, cantoribus resumentibus et perficientibus letanias. Qua finita coronator deposita mitra surrexit, rege prostrato et episcopis genuflexis manentibus; versus ad coronandum regem dixit: pater noster. Tandem altiori voce dixit: Et ne nos &c. Respondit chorus: Sed libera, &c. Item dixit: Salvum fac regem servum tuum. Oratio: praetende Domine. Actiones nostras. Post haec coronator collocavit se

in sedem suam, accipiens mitram; et coronandus rex coram eo genuflexit, circumstantibus praelatis cum eorum mitris in modum coronæ. Ibi coronator intinxit pollicem dextræ in oleum chatecuminum y), et inunxit in modum crucis brachium dextrum regis inter juncturam manus et juncturam cubiti ac inter scapulas z); dicens orationem: Deus Dei filius, &c. Item: Omnipotens sempiterne Deus. Quo facto rex surrexit, et per episcopos deductus fuit sub papilionem, ubi inter scapulas et brachium inunctum bombyce et spongia absterserunt. Et mox ibi sub papilione indutus fuit regalibus indumentis, videlicet amictu, alba et cingulo, stola, manipulo, dalmatica seu veste levitica, sandalibus et plumali seu cappa cum corona archiducali, usque ad coronationem corona Bohemiac. Et ita

-
- y) Das geweihte Del sollen zwei Aebte aus der Capelle des h. Wenzels holen: Post epistolam, choro cantante Graduale, duo Abbates mitrati in capella S. Wenceslai recipiant oleum sacram, quod erit in calice magno repositum; qui calix totus coopertus erit cum panno sericeo, et deferant reverenter ante altare S. Viti, tentorio super eos extento. Calicem vero de manibus eorum reverenter cum osculo accipiens Archiepiscopus ponat in altari.
- z) Karl verordnete: Demum finito Alleluja cum sequentia, Metropolitanus procedat ad unctiones capitis, pectoris, scapularum, brachiorum, quae unctiones debent fieri uno contextu et primo fundens oleum super caput in modum crucis et dicatur: Ungo te in Regem de oleo sanctificato, in nomine Patris etc.

paratus ornatusque processit cum praelatis et baronibus ad suggestum suum. Et ibi genuflexis, audivit missam, quam praelati sui non parati genuflectentes submissa voce simul orarunt. Interea cum rex duceretur sub papilionem, coronator episcopus lavit manus et abstersit pane et sale, tersitque linteolo per ministros porrecto. Post haec statim descendit ad gradum altaris, et dixit Confiteor more solito. Dicto confiteor dedit benedictionem thuri et thurificavit altare, cantoribus cantantibus introitum missae. Tunc processum fuit in missa usque ad evangelium seclusive. His peractis coronator episcopus collocavit se in sedem suam ante altare; et rex ab episcopis a sede sua surgens deductus fuit ad eum, eique reverentiam faciens, mitram deposuit et coram eo genuflexit aa). Tunc coronator episcopus accepit gladium, quem unus ministrorum sibi porrexit de altari, et evaginatum tradidit in manus regis, dicens: Accipe gladium, &c. Quo facto unus ministrorum ensen in vaginam reposuit; quo accepto coronator praecinxit regem, dicens: Accingere gladio tuo, &c. et attende, quod sancti non gladio sed fide vice-runt regna bb). Tunc rex accinctus surrexit et

aa) Nach dem Sanctus, ehe noch dem Könige das Schwert gereicht wird, soll ihm der Metropolit den königlichen Mantel umbängen, sprechend: accipe pallium quatuor initiis formatum, per quod intelligas etc.

bb) Nach dem Schwert überreichten ihm die Bischöfe auch Armbänder: accinctus autem ense, simili-

exemit gladium de vagina, illum viriliter vibrans. Tandem brachio sinistro tergens in vaginam reposuit. Quo facto iterum genuflexit ante coronatorem. Tunc Suae Majestati corona imposita fuit; quam episcopus Wratislaviensis et Tridentinus sumptam per coronatorem de altari manibus tenebant, ipso coronatore ipsam regente et capiti illius imponente et dicente: Accipe coronam regni, quae licet ab indignis, tamen manibus episcoporum imponitur capiti tuo. Post haec coronator dedit ei adhuc genuflexo sceptrum et pomum dicens: Accipe virgam virtutis etc. Et mox regi surgenti discinctus fuit ensis et in vagina datus ad altare, redimendus per Suam Maj. dd). Qui tam diu datus fuit Domino Opel Fieztum. Et tunc coronator cum aliis praelatis deduxit regem, sceptrum in manu dextra et pomum in altera et coronam in capite ferentem medium inter se a dextris et digniorem episcopum a sinistris regem incedentem ad thronum

ter ab illis armillas accipiat dicente Metro- politano: Accipe armillas sinceritatis et sapientiae etc. Dann ward ihm der Ring angesteckt: quando imponitur annulus dicatur: accipe regiae dignitatis annulum etc.

cc) Der Zepher ward dem Könige eher gereicht und dann erst die Krone aufgesetzt.

dd) Die Auslösung des Schwerts soll nach Karls Krönungsordnung von einem Landesoffiziere geschehen: deinde accipiat ensem, unde accinctus fuerat, et eum super altare Deo offerat, quem Comes aliis superior vel major, qui sit praesens, redimet et redentum ante eum ferat.

regium in solium, dicens: Sta et retine locum a Deo delegatum ee). Tunc coronator deposita mitra stans versus altare incepit Te Deum Laudamus, &c. Organo et cantoribus prosequentibus usque ad finem ff). Quo finito coronator stans ad dexteram regis, deposita mitra cecinit hunc versum: Firmetur manus tua et exaltetur manus tua; choro respondente: Justitia et iudicium praeparatio sedis tuae: Domine exaudi orationem meam: Dominus vobiscum. Oremus. Secutae sunt duae orationes; quibus finitis coronator rediit ad altare et praelati alii ad sua loca, et cantatum est evangelium; post cuius finem cum consuetis ceremoniis plenarium delatum fuit regi osculandum, praemissa thurificatione et credentia, praecedentibus primariis baronibus cum sceptro, pomo et ense. Ibi R. M. obtulit auri C ducatos, duasque libas panis deaurati et argentati; similiter duo vasecula vini, deauratum et argentatum gg). Osculatis reliquiis

ee) In Karls Ceremoniel stehen hier nach locum die merkwürdigen Worte: quem hucusque paterna successione tenuisti haereditario jure.

ff) Die Kaiserin setzte das Te Deum fort, das Volk aber sang Hosrodine pomiluj ny. Hierauf folgte nun die Professio Regis coram Deo, clero et populo.

gg) In Karls Ceremoniel heißt es: Rex vero debet offerre unum panem album et armillum argenteum plenum vini, et auri, quantum Regiae Majestati videbitur expedire et Regina similiter. Et in eundo et redeundo gladius nudus deferatur coram Rege etc.

R. M. rediit ad sedem suam priorem in medio chori. Ibi ad eum sedentem venerunt barones et nobiles de regno Bohemiae, de Marchionatu Moraviae, et Slesii et Lusatiis legati et oratores, imponebantque digitos coronae in capite regis, in signum subjectionis et fidelitatis. Coronator tunc accepit ablutionem et prosecutus est missam. Post communionem coronatoris, antequam sumsit ablutionem, Rex accessit gradum altaris, et genibus flexis oravit Confiteor, Metropolitanus miseretur, baronibus primariis tenentibus linteum. Tunc coronator communicavit regem. Facta communione rediit rex ad solium suum regium usque ad finem missae et benedictionis. Qua data R. M. iterum deducta est in sedem priorem, ubi ense creavit et fecit plures equites auratos. Quibus omnibus peractis M. R. deducta est cum solempitate in aulam suam.

Krönung der Königin.

Anno Domini 1527. 26. Februarii *) die processio facta est per omnia ut in coronatione Re-

*) Nicht am 26sten, sondern Montags nach Mathia, d. i. am 25. Lupac hat den Tag richtig beim 25. Februar verzeichnet: A. D. 1527 hoc ipso die, feria secunda, nimirum postfesto D. Mathiae, Anna (cui tamen in sacro baptismo Elizabeth nomen maternum fuit inditum) Wladislawi Vngariae et Boemiae R. filia, Ludovici I. soror, Ferdinandi I. conjunx, Pragae in aede D. Viti, regio diademate coronatur. Ei inau-

giae Maj. Regia Majestas coronam in capite et sceptrum in manibus gestans cum Regina consorte sua crine soluto et velato capite processit ex palatio cum principibus et baronibus cum ceremoniis ut supra, processerunt usque ad ecclesiam ad pavementum in choro praeparatum hh). Eo advenientes facta reverentia ante altare Regia Maj. deduxit reginam cum episcopis coadjutoribus ad sedem in medio pavimenti praeparatam. Rex ascendit ad thronum suum, et inchoata fuit missa more solito. Cumque coronator complevisset legendo usque ad evangelium exclusive: Regia Majestas coronam in capite habens et sceptrum in manibus, descendit de throno suo, et reginam duxit cum episcopis ad coronatorem, qui sedebat ante altare, et petiit reginam coronari his verbis: Reverende Pater! petimus consortem nostram nobis a Deo conjunctam, &c. Quo dicto regina genuflexit ante coronatorem, osculataque est manum ejus. Mox coronator genuflexit ante sedem suam; regina

gurationi, quae maxime fuit solennis atque frequens, interfuerunt Olomucensis, Wratislawiensis Tridentinusque praesules, tum principes, proceres, nobiles, aliique viri honorati complurimi.

hh) Karl wollte, daß die Krönung der Königin sogleich nach der Krönung des Königs vorgenommen werde: Statim eo coronato et eam benedici jubente, crine soluto et capite discooperto a duobus episcopis deducitur ante altare et prostrata debet orare, quae elevata ab oratione ab episcopis iterum debet caput inclinare etc.

vero ad ejus sinistram per episcopos deducta se prostravit. Et statim letania cantabatur; qua finita, coronator deposita mitra surrexit, et stans versus ad reginam ante se prostratam dixit hanc orationem: Omnipotens aeterne Deus &c. quam et alii coadjutores episcopi astantes submissa dixerunt voce. Qua finita coronator extensis manibus clara voce praefationem dixit, quae habetur in pontificali. Finita praefatione collocavit se in sedem coronator, et accepta mitra, inunxit oleo chatecuminorum reginae brachium dextrum et inter scapulas ii) dicens hanc orationem: Deus pater omnipotens, &c. qua finita regina surrexit et deducta est a duobus episcopis et a suis baronibus sub papilionem, et isthic induta fuit vestibus reginalibus, et coadjutores exterserunt bombyce sacram unctionem. Tunc regina induta fuit veste reginali, reductaque a coadjutoribus episcopis ad coronatorem sedentem ante altare in mitra sua, ante quem genuflexit regina. Cui sic genuflexae coronator cum episcopis imposuit coronam dicens: Accipe coronam, &c. Deinde dedit ei sceptrum et pomum, dicens: Accipe virgam virtutis kk). Tandem re-

ii) Von der Salbung der Königin sagt Karls Ceremoniel: Notandum, quod tunica Reginae et camisia debent esse apertae, ante et retro, usque ad corrigiam, et dominus archiepiscopus debet inungere eam oleo sancto ad modum crucis in capite, in pectore et in scapulis.

kk) Von dem Zepter, der vor der Aufsetzung der Krone der Königin gereicht ward, und vom Ringe,

gina surrexit et per episcopos deducta est ad thronum suum II). Post haec cantatum fuit evangelium. Sub offertorio M. Reginalis accessit altare, ducta per primarios barones, obtulitque auri 50 ducatos ad altare; osculatis reliquiis reducta fuit ad thronum suum. Processum tandem in missa usque ad communionem, data prius pace regi et reginae per unum ex episcopis, praemissa credentia, sicut factum fuit post evangelium cum plenario. In fine missae data fuit benedictio solennis; post benedictionem coronator cum patena et corporali accessit Maj. Regiam et Reginalem cum debita reverentia, offerens illa

Tautet Karls Vorschrift: Post istam orationem datur Reginae sceptrum ab archiepiscopo, modicum alterius modi, quam sceptrum regium et virga consimilis virgae regiae, absque orationibus. Tunc debet annulus immitti digito ejus, dicente Metropolitano: accipe anulum foederis etc. Dann erst soll ihr die Krone aufgesetzt werden: tunc debet ei imponi ab archiepiscopo corona in capite ejus, quam sustentare debent undique Barones.

- II) Nach Karls Vorschrift führten diejenigen Reichsbaronen, welche die Krone hielten, die Königin zum Throne: Barones, qui coronam sustentant, deducant eam ad solium, ubi sede praeparata collocatur, associante ipsam venerabili Abbatisa monasterii S. Georgii in castro pragensi ordinis S. Benedicti, quae propter sui dignitatem vocata et rogata coronationi Reginae debet semper interesse, circumstantibus eam Baronibus et Matronis nobilioribus hujus regni Bohemiae.

ad osculandum. Quibus finitis redierunt in Aulam regiam cum solemnitate.

Item eodem die mm) celebratum est in palatio arcis Pragensis vesperi torneamentum Cataphractorum, ubi ex una parte XIII. et ex altera totidem aderant cataphracti. Torneamento interfuit Regia Majestas, ardentibus cereis facibus 200 minus 6, spissis facibus, quarum bona pars arserat, non numeratis.

Item 5. die Martii habitum est in magno foro Pragrae ingens et percelebre principum, baronum et nobilium cataphractorum, numero 53, torniamentum, quorum omnium ad rei perpetuam memoriam ordine in palatio arcis Pragensis affixa sunt et nomina et insignia. Quae si quispiam avidus et curiosus cernere gliscit, palatium petat, et videndi sibi copia detur.

mm) D. i. am 26sten Dienstags, den Tag nach der Krönung der Königin. Ueber das im Saale gehaltene Turnier gibt der deutsche Bericht (Beilage II.) genaue Auskunft.

~~~~~

# ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Verhandlungen der Gesellschaft des vaterländischen Museums in Böhmen](#)

Jahr/Year: 1824

Band/Volume: [1824](#)

Autor(en)/Author(s): diverse

Artikel/Article: [Beilage B. Wahl, Einzug und böhmische](#)

## Krönung K. Ferdinand des Ersten 105-125